Ros Dok Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Franz Albert Aepinus

In Nomine SS. Ac Individiæ Trinitatis Qve ... Ego Franciscus Albertus Æpinus, ... Academiæ Rector, Solenni Hoc Publico Qve Programmate significo, ABS ... Rostochiensium Senatu ... Zachariæ Grapii ... vacantem ... Joh. Christiano Burgmanno ... 16. Jul. ... MDCCXXX ...

Rostock: Typis Io. Iacob. Adleri, 1730

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1049608429

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1049608429/phys_0001
DFG

Bibl.
Schol. Cathedr.
Gustrov.
1836.

Mk - 7775[a].
~~Mk 5 4.~~

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1049608429/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1049608429/phys_0004
DFG

Fasciculus
Actorum Jubilaei,
ab
Exhibita in Comitiis Imperij
Augustana Confeſſione,
in
Academia Rostochiensi
celebrati,
Secundi.
ao 1730.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1049608429/phys_0005
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1049608429/phys_0006
DFG

IN NOMINE S. S. AC INDIVIDUÆ TRINITATIS,

QVÆ

Infinitæ ſuæ Majeſtatis in gloriam,
In Publicæ Literariæ Rei bonum,
Univerſitatis Varniacæ, & Ampliſſ. in illa FCtatis Philoſophicæ decoramentum
bonarum Literarum emolumentum, earundemque Studioſorum commodum,
id ipſum vergere faxit!

EGO

FRANCISCUS ALBERTUS ÆPINUS,

S. S. Th. D. & Prof. Ducal. Publ. hodie FCtatis ejusd. Decanus, &

ACADEMIÆ RECTOR,

SOLENNI HOC PUBLICOQVE PROGRAMMATE

ſignifico,

ABS

AMPLISSIMO, PRÆ-NOBILISSIMO, PRUDENTISSIMOQVE

ROSTOCHIENSIUM SENATU,

COMPATRONO ACADEMIÆ MUNIFICENTISSIMO,
PROFESSIONEM TRANSCENDENTALIS PHILOSOPHIÆ,
quam METAPHYSICAM dicunt, ORDINARIAM,

inde à

Viri de Univerſitate noſtra pariter ac Eccleſia meritiſſimi, dudumque jam beatè Defuncti,
MAXIME REVER. qvondam, EXCELLENTISS. & AMPLISS.

DN. ZACHARIÆ GRAPII,

S. Th. D. Prof. Publ. Ord. ac Concionis Jacobææ Archi-Diaconi Fideliſſimi,
à Philoſophica ad Theologicam FCtatem tranſitu

vacantem,

AD AMPLISSIMI COLLEGII SENATORII NOMINATIONEM,
VIRO SUMME REVERENDO, AMPLISSIMO & EXCELLENTISSIMO,

DOMINO

JOH. CHRISTIANO BURGMANNO,

Phil. ac Theol. Doctori Fulgidiſſimo, nec non ad ædem Spiritus S. Paſtori optimè merito,
Fautori & Amico noſtro dudum æſtumatiſſimo,

rite nuper collatam:

EUNDEMQVE,

Prælaudatum in Collegium Profeſſorum Senatorium jam jam receptum,

hoc ſibi demandatum munus
Patrio pervetuſto more modoque,

SOLENNI ATQVE PUBLICO SERMONE AUSPICALI,
habitâ præſentium Secularium Solennium Jubilæorum ratione,

DE

PRIMORUM VERITATIS EVANGELICÆ CONFESSORUM, EORUMQVE SUCCESSORUM METAPHYSICA;
AD COLLOQVIUM USQVE RATISBONENSE,
horâ X. d. 18. curr. Menſis Julii, Anno ab exhibita Auguſtana Confeſſione CC.

IN ACROATERIO ACADEMICO,

aggreſſurum eſſe.

AD QVEM IGITUR INTRODUCTIONIS ACTUM
exoptatiſſimâ ſuâ præſentia cohoneſtandum ſplendidioremque reddendum

TAM ACADEMIÆ, QVAM CIVITATIS MAGISTRATUM AMPLISSIMUM,
FACULTATUM OMNIUM DOCTORES PRÆ-NOBILISSIMOS, FIDELISSIMOS IN VINEA DOMINI COOPERARIOS,
ARTIUM & PHILOSOPHIÆ MAGISTROS PRÆ-CLARISSIMOS, GENEROSOS NOBILISSIMOSQVE BONARUM LITERARUM CULTORES,
ut & LITERATORUM SIVE PATRONOS SIVE FAUTORES & AMICOS, PRO CUJUSQVE STATU, AC DIGNITATE, MAXIME COLENDOS,

ex officio quidem;
at, quo fieri poteſt, omni meliori modo,
officioſiſſimè ſtudioſiſſimeque
convoco ac invito.

P. P. SUB SIGILLO RECTORATUS ACADEM. d. 16. Jul. Domin. VI. p. Trin. Anno R. S. MDCCXXX.

ROSTOCHII, Typis IO. IACOB. ADLERI, SERENISSIMI PRINCIPIS & ACAD. Typographi.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1049608429/phys_0007
DFG

15

46.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1049608429/phys_0009
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1049608429/phys_0010
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1049608429/phys_0011
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1049608429/phys_0012
DFG

chiel, Hoſea, Joël, Amos, Obadja, Micha, Nahum, Zephanja, Haggæus & Malachias: quia reliqui libri Biblici præcedentibus annis jam tranſlati prodierant. At Lutherus A. 1530. Coburgo d. 19 Jun. ad Conradum Cordatum, & d. 25. Junii, qui ipſe exhibitæ Auguſtanæ Confeſſionis dies fuit, ad Nic. Hauſmannum in epiſtolis Collectionis nouæ epiſtolarum Lutheri Buddeanæ n. 125. 128. & p. 107. 110. ſcribit: *Ego ſatis valeo DEI gratia & veſtris precibus, & licet me Sathan impedierit aliquot hebdomadibus capitis ſuſurro, tamen Hieremiam verti in Germanicam linguam. Reſtat*, ex Prophetis ſcil. majoribus, *Ezechiel, quem aggrediar.* Ergo Danielem antea jam abſoluit, qui & hoc ipſo anno editus eſt. Epiſtola autem Lutheri A. 1530. d. 15. Aug. Coburgo ad Philipp. Melanchthonem data, quæ in Collectione illa ſub n. 165. p. 183. ſeq. & Tom. V. Altenb. f. 248, b. legitur, hæc ſubminiſtrat verba, in B. J. F. Mayeri Hiſt. Verſ. Lutheri p. 14. etiam prolata: *Ezechielem poſui, interim minores Prophetas verto, & in hebdomade illa abſoluam, DEO volente, ſupereſt enim Haggæus tantum & Malachias.* Ergo Megalander tempore inter d. 25. Jun. & d. 15. Aug. ejus anni interjecto vertit Hoſeam, Joëlem, Amoſum, Obadjam, Micham, Nahumum & Zephanjam. Sed eodem adhuc anno lucem aſpexit Ezechiel. Ex quibus efficitur, B. Lutherum Verſionis Bibliorum Germanicæ finem feciſſe in autumno anni 1530.

§. VI.

Non autem ita verſatus eſt in hoc opere Vir Optimus, vt alii ab eo dictatata exciperent, ſed Verſionem ſuam ipſe mandauit literis, & ſua manu ſcriptam typographis tradidit. Teſtantur id reliquiæ nonnullæ manuſcriptorum Lutheri in Bibliothecis cum publicis tum priuatis theſauri inſtar aſſeruatæ. Etenim Parens meus haud paruam Verſionis Biblicæ Lutheri partem ejus manu ſcriptam in Bibliotheca Regia Berolinenſi A. 1694. a Bibliothecario h. t. Electorali Ern. Sigism. Crellio, ſibi monſtrari meminit: quamuis monſtrata vere fuiſſe Lutheri non vt indubitatum affirmare poſſit,

cum